



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Spiridion Ep. 12. Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

12. Dec. VITÆ SANCTORUM. 779  
put, lorica protegens pectus, clypeus tela  
maligni, repellens, gladius iniquitatem sibi  
propinquare non sinens. Martial. epist. ad  
Burdeg.

S. SPIRIDION EP. 12. Decembris.

SPIRIDION ex opilio Cypri Epis-  
copus, non vitæ conditionem sed gre-  
gem mutavit, omnes pascere solitus,  
pauperes præsertim. Itaque serpentem  
mutasse in aurum fertur, quò egenti es-  
set, unde frumentum coëmeret. Alio i-  
tem tempore cum avari animum nullis  
precibus expugnare civis indigens posset;  
SPIRIDION huic disertis verbis in cra-  
stinum annonam spopondit. Neque alii  
factum quam dictum. A quarum al-  
luvio auctum ex Euclionis granario fru-  
mentum ad ipsas inopis ædes detulit,  
nullo nec rei nec vesturæ pretio. In fures  
etiam non minus beneficus quam comis  
fuit. Nempe cum gregem hi direpturi  
advenissent, arcana Numinis vis ligato  
omnes. SPIRIDION i tradidisset,  
erfolvit hic officiosus, & viæ comitem  
abeuntibus ultro ambulare arietem juf-  
fit. Porro filiam, quam, dum olim in  
matrimonio ageret, sustulit, ut defuncta  
depositum aurum indicaret, tantisper  
tumulo evocavit. Sed & alium morte su-  
blatum vitæ & matri reddidit, mox mā-  
trem

780 VITÆ SANCTORUM. 13. Dec.  
trem filio etiam, cum hæc gaudio emor-  
tua esset. Ultimum cum in messe occupa-  
tum æstus gravior affligeret, ros cælo il-  
lapsus recreavit, simul alii capilli albe-  
cere, nigrescere alii, alii denique canes-  
cere visi sunt. Hos ille ut mortis prodro-  
mos accepit, post quam illum laudibus  
omnis ætatis homines mactaturi essent.  
Tu etiam disce hic non series modò, sed  
& juvenes, quin vix natos capillos emo-  
ri. Ex Surio.

Totum quod es, illi debes, à quo totum  
habes; illi præcipue Domino, qui & te fe-  
cit, & benefecit tibi. Huic totis medul-  
lis, totis viribus serviendum: ne forte in-  
dignationis oculo te respicias & despiciat,  
& conterat in æternum. S. Bern. de Qua-  
drupl. debito.

S. LUCIA V. & M. 13. Decembris.

S I virgo è cælo sidus lucet, Luciam  
esse credidero virginitatis laude pzx  
aliis illustrem. Hæc dum cum matre x-  
grā ad tumbam D. Agathæ precatur, a-  
dest ecce hæc ipsa sanitatis primò nun-  
tiuum matri ferens, tum Lucia mortis op-  
tarissimæ & pro Christo subeunda. Sic  
igitur moritura Lucia omnium primò  
testamentum cogitat, & pauperes non  
jam scribit, sed facit heredes. Id enim  
verò non ferendum ratus Lucia sponsus,

que-